drante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri pa-
rere in desuper vadia praetactaque inscriptioni huic satisfacere ac omne iu-
dicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia
obligat eunc terminum primum peremptorium et alios omnes consequi-
tes causae eius terminos semper peremptos vera infirmitate pro ma-
teria causae et minorennitate successorum legone intra vel extra Regnum servitio mi-
litari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legali-
bus impedimentis non obstantibus ad quietationem ultra proximos terminos
officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque
motiones appellationes ac causam prosequendas faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iu-
ris praesertim temporis bello conventioneque et aliis omnibus iuris remediis
et defensionibus non subterfugiendo Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa mediante.

Mielecki Koniecpolskiey Donat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus
Generosus Hiacinthus Mielecki de Mielec Generosi olim Joannis Mielecki
de eadem filius et successor legitimus sanus mente et corpore existens a iure
vel districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedens se vero cum successoribus ac bonis suis omnibus iurisdictioni officii prae-
sentis Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad actum praesentem attinet totaliter et
plenarie incorporando et subiiciendo palam libere ac expresse suum recognovit Quia
ipse bona sua propria et haereditaria in praesenti totales villas et integras sortes
suas haereditarias in haereditate villarum Zyrzyn Golonia et Brzeziny in Palatinatu
Sandomiriensi et Districtu Pilznensi iacentes et consistentes super praefatum
olim parentem suum tam iure naturalis successionis post Generosam olim Cathari-
nam de Grochna matrem ipsius devoluta quam sortes per eunc praefatum
parentem suum a Reverendo olim Nicolao Mielecki Abbate Tinecensi tum et a Ge-
neroso Christophoro Mielecki de eadem Mielec fratribus suis germanis iure
acquisitas post mortem vero et de hac luce decessum eius parentis sui in se
recognoscendi inter alios fratres suos pro suo interesse iure naturali suc-
cessionis devolutas et sibi modo quovis semientes cum praedictis in eisdem
bonis existentibus cum totali praemissorum omniumque bonorum iure dominio pro-
prietate haereditate tituloque haereditario Nec non cum iure patronatus praesentandi

quorumvis

quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum Ecclesiae Catholicae orthodoxae Religio-
nis Ritus Romani ad Ecclesias quasvis respectu omnium bonorum seniorum
omnibusque et singulis omnium bonorum praemissorumque omnium fructibus proventi-
bus redditibus et utilitatibus emolumentis curiis praediis allodiis structuris aedi-
ficiis ibique sitis agris pratis campis pascuis sylvis borris nemoribus gai-
rubetis indaginibus fluviis fluminibus rivis rivulis littoribus torrentibus
omnibusque decursibus stagnis lacubus piscinis magnis et parvis molendi-
nis tabernis subditis cmethonibus hortulanis inquilinis omnibusque labo-
ribus censibus dationibus obventionibus decimis muneris officiis obsequi-
isque universis ab eisdem subditis modo quovis provenientibus attinentiisque et per-
tinentiis quibuslibet universis ac cum totali bonorum praefatorum fundo et haere-
ditate nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus vel pro quopiam
alio reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis
generi per speciem et e contra non derogando Demum ita late longe circum-
ferentialiter prout omnia bonorum haereditas se in suis metis et limiti-
bus extendunt et continentur et prout eadem bona is idem regens solus tenu-
it habuit et possidebat tenereque habere et possidere debuit Iam
exnunc et de facto Generosae Mariannae de Zurow Generosi olim Stephani Ko-
niecpolski Consorti relictae et ipsius successoribus dedit donavit actitulo puro
et irrevocabilis donationis inscripsit et resignavit prout praesentibus dat
donat ac titulo puro et irrevocabilis donationis inscribit et resignat perpetuo
et in aevum irrevocabiliter. Et iam exnunc is idem regens Generosus Hiacinthus
Mielecki dat et admittit praesentibus praefatae Generosae Mariannae Koniec-
polska et ipsius successoribus in bona supranotata praesentibus donata
realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem cum praesenti eo
usufructu grandioque solvendi acceptando. Per Ministerium quemcunque sibi
adducerint eligendum ipsam exnunc ab ostio praesenti addidit. Per ipsam
Generosam Mariannam Koniecpolska et ipsius successores tanquam veros
et legitimos bonorum suprascriptorum haeredes bona praefata praemissaque om-
nia praesentibus donata iure haereditario tenendi habendi possidendi pacificeque
et quiete utifruendi ac in usus suos proprios successorumque beneplacitos quos

libere conuertere temporibus perpetuis. Debebit et tenebitur memoratus regens Ge-
nerosus Hiacinthus Mielecki prout se ac suos successores de et super bonis
suis generaliter omnibus et summis quibusuis pecuniae nunc habitis et habendis
inposterum eidem Gnosae Mariannae Koniecpolska et ipsius successoribus
inscribit et obligat praesentibus ipsam et eius successores in bonis praefatis do-
natis et occasione eorundem bonorum tam in toto quam in parte ab omni im-
petitione iuridica quarumcunque personarum status sexus et conditionis
cuiuscunque existentium per omnes praeferentes Terrestres prout ad quamlibet personam
Terminus pertinet praescriptio in omni Iudicio et officio Regni toties quoties opus
fuerit tueri defendere euincere et intercedere. Nec non bona praefata donata
tam in toto quam in parte ab omnibus iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus
tum etiam a quibusuis citationibus in eadem bona donata importatis et impor-
tandis lucis denique placitis ac processibus iuris quibusuis in eisdem bo-
nis donatis obtentis et obtinendis in quouis puncto et gradu iuris depen-
dentibus emundare et liberare mundaque et libera semper facere Ita ut eadem
bona donata eadem Gnosa Marianna Koniecpolska suis cum successoribus
quiete et pacifice vigore inscriptionis praesentis donationis tenere et possidere
queat temporibus aeternis. Nec debet praedictus regens Gnosus Hiacin-
thus Mielecki suis cum posteris praenominatae Gnosae Mariannae Mielecka
et ipsius successoribus praefatam intromissionem et possessionem coram officio praesenti
admissam in praenominatis bonis donatis denegare. Imo tenebitur suis cum
posteris eandem effectualem tam in toto quam in parte dare et libere admit-
tere datamque et admissam quouis modo tam per se quam per suas quas-
uis submissas et subordinatas personas non adimere nec impedire ac
in praenominatis bonis donatis ipsam Gnosam Mariannam Koniecpolska
et ipsius posteros tam in toto quam in quauis minima parte perpetuo non
inquietari. Idque sub damnis Terrestribus ad simplicem verbi assertionem sine
corporali iuramento taxandis et edicendis per praefatum regentem Gnosum
Hiacinthum Mielecki et ipsius successores praedictae Gnosae Mariannae Ko-
niecpolska et ipsius posteris ob non completionem praemissorum omnium et sin-
gulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum
succumbendis. Ipse insuper idem regens Gnosus Hiacinthus Mielecki dat et libere

Concedit.

concedit praefatae Gnosae Mariannae Koniecpolska et ipsius posteris plenariam
et omnimodam facultatem absolutamque potestatem inscriptionem praesentem
Donationem hic actis castrensibus autenticae exceptam ad Acta quaeuis au-
thentica Regni [illegible] habenda quandocunque voluerint
transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ip-
summet recognitionem transportaretur. Cui quidem transportationi Inscriptionis prae-
sentis Donationis idem regens suis cum successoribus de bonis suis praefatis
generaliter omnibus et summis pecuniae habitis et habendis praefatae Gnosae
Mariannae Koniecpolska et ipsius successoribus inscribit et obligat prae-
sentibus non contradicturum imo eam pro rato et grato habiturum non aliter
acsi per ipsummet regentem transportaretur. Idque sub similibus et specialibus
de damnis Terrestribus simpliciter absque corporali iuramento taxandis et edicendis
per praefatum regentem Gnosum Hiacinthum Mielecki et ipsius successores
supradictae Gnosae Mariannae Koniecpolska et ipsius posteris ob con-
tradictionem transportationis inscriptionis praesentis donationis ad soluendum succum-
bendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus praefatis simpliciter absque
corporali iuramento taxatis ac pro re aliqua principali ex praemissis non com-
pleta citatus existens memoratus regens Gnosus Hiacinthus Mielecki
siue ipsius successores citati existentes ad instantiam supradictae Gnosae Mar-
iannae Koniecpolska et ipsius successorum ad officium praesens castrense Ca-
pitaneale Premisliense vel etiam castrense Capitaneale Nouae Ciuitatis Korczyn
extunc recessu supradicto mediante quo ad rem dictam et inscriptionis praesenti
in totis satisfaciendis incorporandis in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare parere videre Cum damnisque Terrestribus praefatis ac pro re ipsa principali
pro qua citabitur tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit
satisfacere debebit et tenebitur seque ac posteros suos obligat eundem primum
peremptorium terminum et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum lega-
tione intra vel extra Regnum seruitio militari ad munimentis vel aliis qui-
busuis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo Adquaetionem
Vltra proximos terminos officii illius ad quod ex praemissis vigore inscriptionis
praesentis citabitur dilationem sibi non recipiendo nullasque mones appellationes
ac earum prosequentes faciendo tum praemissa omnia poenis simplicibus vel tricatis

quaestionibus fatalibus iuris praesentis Terrestris bello Conventioneque et aliis quibus-
uis iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscri-
ptione ad praemissa omnia mediante.

Iidem Eidem Recognitionem Roborationis

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premi-
sliensibus Generosus Hiacinthus Mielecki de Mielec Generosi olim Joan-
nis Mielecki de eadem Mielec filius et successor legitimus sanus men-
te et corpore existens a Terrestris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis
quibusuis propriis et competentibus recedens se vero cum successoribus ac bo-
nis suis omnibus iurisdictioni officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis
quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo
palam libere ac expresse recognouit. Quia ipse heredes Marianne de Zu-
[illegible] Generosi Stephani Koniecpolski Consorti vel etiam eius legitimis successoribus ac
se ac suos successores [illegible] super bonis suis quibusuis omnibus et summis quibusuis
pecuniariis nunc habitis et in posterum habendis inscribit et obligat praesentibus
Recognitionem certam manualem per regnantem eidem Generosae Marianne Ko-
niecpolska eius certarum rerum et conditionum in eadem recognitione contenta-
rum de actu et data hic Premisliae die hodierna actis praesentibus datam ma-
nu sua propria subscriptam et sigillatam in omnibus et singulis eiusdem
recognitionis conditionibus punctis clausulis articulis nexibus ligamentisque uni-
uersis firmiter tam in toto quam in parte tenere complere exequi et inuio-
labiliter obseruare eidemque recognitioni et omnibus illius contentis toties quo-
ties opus fuerit satisfacere Recognitionem praefatam ad inscriptionem praesentem et in-
scriptionem ad eandem recognitionem in toto vicissim referendo. Idque sub Va-
dio Trium millium florenorum polonicalium per praefatum regnantem Generosum Hiacinthum
Mielecki et ipsius successores suprascriptae Generosae Marianne Koniecpol-
ska et ipsius successoribus ob non completionem contentorum recognitionis praefatae
omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit
ad soluendum succumbendo. Insuper idem regnans Generosus Hiacinthus Mielecki
dat et libere concedit praefatae Generosae Marianne Koniecpolska et ipsius
posteris plenariam et omnimodam facultatem absolutamque potestatem inscri-
ptionem praesentem roborandi ex his actis Castrensibus authentice exceptam ad Acta
quaeuis authentica Regni dictam perpetuitatem in se habentia quandocunque voluerit

transferendi

transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet re-
cognoscentem transportaretur. Idque sub simili et speciali Vadio Trium mil-
lium florenorum polonicalium per praefatum regnantem Generosum Hiacinthum Mielec-
ki et ipsius successores suprascriptae Generosae Marianne Koniecpol-
ska et ipsius successoribus ob contradictionem transportationi inscriptionis prae-
sentis ad soluendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio vel Vadiis
ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa citatus existens memo-
ratus regnans Generosus Hiacinthus Mielecki siue ipsius successores citati exi-
stentes ad instantiam suprascriptae Generosae Marianne Koniecpolska vel ip-
sius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense vel etiam
Castrense Capitaneale Nouae Ciuitatis Korczyn ex tunc recessu suprascripto medi-
ante quoad respondendum et inscriptioni praesenti in toto satisfaciendum incor-
porando in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere tenebitur.
Pro Vadioque praefato vel Vadiis ac pro re ipsa principali pro qua citatur
tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debe-
bit et tenebitur. Seque ac posteros suos obligat eundemque primum peremptorium
terminum et alios omnes consequentes causae eiusque terminos semper peremptorios
iuris vera [illegible] maioritate minoritate successorum legatione intra vel extra
Regnum seruitio militari ac admunimentis vel aliis quibuscunque legalibus impe-
dimentis et dilationibus non differendo ad quietationem vltra processum officii illius
adque [illegible] praemissis vigore inscriptionis praesentis citata dilationem sibi non
recipiendo nullasque moniones appellationes ac earum prosequutiones faciendo tum prae-
missa omnia poenis [illegible] vel [illegible] quaestionibus fatalibus iuris prae-
sentis Terrestris bello Conventioneque et aliis quibusuis iuris remediis et de-
fensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria sexta post Dominicam Quadragesimalem Reminiscere proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Trigesimo Primo. 21/III 1631

Fredro Jaskmanickiemu Debet

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Generosus Martinus Fredro de Pleszowice Venator Terrae Premisliensis sanus